Nos Bartholomeus de Chory Judex Et petrus de Czyrzowycze Subiudex terre Craco-
viensis generales Notumfacimus quibus expedit vniuersis presentibus et futuris presencium no-
ticiam habituris Quod in Judicio terrestri nostro Cracoviensi cum actis Camerarijs nostris
iudicialibus Constitute personaliter Nobiles Elizabeth Anna et dorothea sorores germane
filie nicolai olim heredis de wilkowska Sane mentibus et corporibus existentes Non
compulse nec coacte Sed de ipsarum bona voluntate Recognouerunt Quod inter se
fecerunt diuisionem perpetuam in hereditatibus ipsarum paternis modo tali et ordine Ita quod
sibi domine dorothee cessit sua pars paterna hereditaria videlicet Area dicti Nicolai Swi-
rad Et ad tercia parte agrorum Laneum ibidem in wilkowska Et cum Siluis omnibus
ad quartam partem cum pleno iure pertinentibus hec pro ipsius domine dorothee parte
paterna hereditaria perpetue cessit Tenendam habendam vtifruendam vendendam donandam ali-
enandam Commutandam et in vsus suos libere conuertendam promittentes se ipsis [illegible]
predicte diuisionis tueri et defendere iuxta consuetudinem terre Cracouiensis In
cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt appensa Actum et datum in
Czchow feria secunda in crastino sancte hedwigis Anno Natiuitatis domini
Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo Septimo presentibus testibus hijs
Nobilibus Venerio de Plesko Raphaele Rossy de Chanchra Strenuis Nico-
lao de Cissow Clemente de thymza Johanne de Sczyrowycze Nicolao Sampyeskey
de Sbiskye heredibus Et alijs pluribus Nobilibus [illegible]

inter Elisabetham Annam et Dorotheam
Kontrakt i pieczęć
z R. 1447.

Nos Barthossius de Biory Judex Et Petrus de Czyrownycze Subiudex terre Craco-
viensis generales Notumfacimus quibus expedit universis presentibus et futuris presencium no-
ticiam habituris Quod in Judicio terrestri nostro Cracoviensi coram nobis Camerariis nostris
Judicialibus Constitute personaliter Nobiles Elizabeth Anna et Dorothea sorores germane
filie Nicolai olim heredis de Wilkowsko Sane mentibus et corporibus existentes Non
compulse nec coacte Sed de ipsarum bona voluntate Fecerunt talem inter se
fraternam divisionem perpetuam in hereditatibus ipsarum paternis modo tali et ordine ista quod
sibi domine Dorothee cessit sua pars paterna hereditaria videlicet Area dicta Nicolai Swi-
rad Et cum tercia parte agrorum Lanei ibidem in Wilkowsko Et cum silvis omnibus
ad quartam partem cum pleno iure pertinentibus hec pro ipsius domine Dorothee parte
paterna hereditaria perpetue cessit tenendam habendam utifruendam vendendam donandam ali-
enandam Commutandam et in usus ipsius libere convertendam promittentes se ipsis occasione
predicte divisionis tueri et defendere iuxta consuetudinem terre Cracoviensis In
cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt appensa Actum et datum in
Czchow feria secunda in crastino sancte Hedwigis Anno Nativitatis domini
Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo Septimo presentibus testibus hiis
Nobilibus [illegible] de [illegible] Raphaele [illegible] de [illegible] Strenuis Nico-
lao de [illegible] Clemente [illegible] Iohanne de [illegible] Nicolao [illegible]
de [illegible] heredibus Et aliis pluribus Nobilibus [illegible]

Inter Elisabetham et Annam et Dorotheam
Sorores olim Nicolai
de Wilkowisko Hae=
redis Filias Bono=
rum eorundem

Divisio

Cracoviae F. 2. in Castro
no Festi S. Hedvigis pro
Anno Enad 1471 mo

N. 410

369